

D. D.

# INSECTORUM HEMELYTRORUM
## TRIA GENERA ILLUSTRATA,

QUAE

VENIA EXP. FACULT. MED. UPSAL.

PRÆSIDE

# C. P. THUNBERG

COMMENDATORE REG. ORD. DE WASA
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. REG. COLL. SANIT. MEMB. HON. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. UPS. LOND. HOLM. AGRIC. MED. ET EVANG. SOCIET. OECON. UPSAL. PATR. HOLM. ET. CIV. OECON. FINI. HONOR. WERMEL. JUNEC. WESTM. CALM. ET ÖREBR BEROL. ET. FRANCOF. ET LIPS. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. MOSCOU. ET HALENS. HIST. NAT. GORENK. PHILAD. LUND. HARLEM. AMSTELD. BONNENS. OECON. ET INST. LITT. ZELAND. NIDROSIENS TURICENS. IENENS. LINN. LONDIN. MEDICO-BOTAN. ET HORTI-CULTUR. REG. SCIENT. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. SCIENT. GOTHOB. MONACH. ERLANG. WETTER. NANCIENS. MARPURG. MED. PARIS. EMUL. ET LINN. MONSPEL. MED. MATRITENS. MED. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. ET PETROP. MEDICO CHIR. ET PHARMAC. MEMBRO NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. ET INSTITUT. NATION MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

P. P.

PETRUS CAROLUS PONTÉN


SMOLANDUS, STIPEND. SJÖGREN.

IN AUDIT. BOTANICO DIE XVIII MAJI MDCCCXXV.

H. P. M. S.

---

UPSALIÆ
EXCUDEBANT PALMBLAD ET C.



MANIBUS

AVI VENERANDI,

Cujus amorem meminisse, deliciæ,
Cujus laudes commemorare decus,
Cujus virtutes æmulari gloria,

PIETAS NEPOTIS.

VIRIS ADMODUM REVERENDIS ATQUE PRAECLARISSIMIS,

D:no Mag. PETRO PONTÉN

Ecclesiarum Malmbäck, Almesåkra et Ödestugu Pastori meritissimo,

D:no ANDREÆ DAN. PONTÉN,

Comministro in Ramqvilla dignissimo.

D:no BENEDICTO SAM. PONTÉN,

Vic. Pastoris in Hultsjö adcuratissimo,

Patruis suis Optimis,

Studiorum has primitias qualescunque

animo grato piaque manu offert

PETRUS CAROLUS.

Comministern

Vid Hultsjö, Skepperstad och Hjertlanda,

Vålärevördige och Höglärde,

Herr Mag. JOHAN PONTÉN,

och Dess Fru,

CHRISTINA CATH. WETTERLING.

Eder, Hulde Föräldrar, tillhöra med helig rätt, Eder helgas med tacksamt hjerta dessa Blad. Emottagen dem - och tillika Eder äldste Sons första offentliga försäkran om evig tacksamhet, evig kärlek!

PETER CARL.

# INSECTORUM HEMELYTRORUM

## TRIA GENERA.

Mirifice et varie inſtructum invenitur corpus eorum Inſectorum, quae ſub illo militant Ordine, quem Linné Hemiptera adpellavit. Quid enim magis admirandum nobis obvenire poteſt, quam quidem completi inſecti *Pneumorae* corpus, totum inflatum, inane et quasi e vitro pellucido confectum? Capitis ſtructura in *Truxalide*, *Conocephalo*, *Mantispa* et *Mantide* quam eſt diverſa a Capite *Grylli* et *Locuſtae*? Thorax *Mantidis*, *Phasmae* et *Mantiſpae* tam disſimilis eſt thoraci ceterorum generum, ut nulla omnino ſit externa convenientia. Pedes in plurimis quidem ſaltatorii deprehenduntur; in aliis tardisſime progredientibus ſingularis ſunt ſtructurae, et raptorii adpellati fuerunt, in *Mantide* in primis et *Mantiſpa*. Et dum corpus in plerisque Hemipteris maxilloſis invenitur grosſum, crasſum et carnoſum, obſervatur in velocisſime feſtinanti et currente *Blatta* integrum corpus adeo tenue et depresſum, ut vel anguſtisſimam rimam penetrare valeat. Praetera alae inferiores in hisce, licet amplisſimae, adeo sunt plicatae, ut hemelytris ſuperioribus facile obtegi et occultari posſint; in *Phasmate* vero convolutæ ab hemelytris abbreviatis et brevisſimis infima tantum baſi teguntur.

A.

Haec differentia in variis corporis partibus adeo exſtans videtur non raro, ut dubitaremus, an ad unum eundemque ordinem releganda ſint genera tam disſimilia; ut omittantur monſtroſa fere genera, *Fulgora*, *Phyllophora*, *Copicerus*, *Centrotus*, *Membracis*, *Ranatra*, *Nepa*, *Gongylus*.

Dum Inſectorum hujus Ordinis antennas accuratiori ſubjicimus examini, facile invenimus, illas inter magnam ſeſe oſtendere differentiam. Aliae enim ſunt capitatae, aliae filiformes, aliae ſetaceae, nonnullae depreſſo - lineares et quaedam trigonae. Semper tamen omnes ſimplices articulis contiguis, conſimilibus.

In tribus hisce, quae curioſis Entomologis proponuntur generibus, PILIGERO, PENDULINO et COPIO, antennae adeo ſunt ſingulares, ut nubilbi ſimiles hucusque viſae fuerint. In PILIGERO a baſi ad dimidiam longitudinem filiformes ſunt, omnino ut in *Gryllis*; a medio ad apicem ſetam exſerunt tenuisſimam, longiorem, ſic ut hac ratione compoſitae totae ſint toto corpore longiores et porrectae. Corporis ſtructura cum *Gryllis* et Locuſtis convenit; hemelytra tamen apice oblique truncata et deflexa inveniuntur. Antennae huic generi characterem genericum praebent, et quidem optimum adeoque excellentem, ut cum nullo alio confundi umquam posſit. — Non niſi unica ſpecies hujus ſingularis generis huc usque innotuit, et haec e Braſilia miſſa fuit, Muſeum Celeb. Praeſidis nunc exornans. In PENDULINO non minus ſingularis ſtructurae obſervantur Antennae, quarum inferiores articuli ſunt filiformes, aeque ac ultimus, tertius vero ſeu penultimus compresſus et ſubrotundus. Plures ſpecies in Muſaeis hujus generis occurrunt, recentioribus temporibus detectae et ad *Cimices* relatae. COPIUM dudum a FABRICIO dictum fuit genus.

Ejusdem generis deinde Celeb. Praeſes invenit tres ſpecies, quas heic deſcriptas ſiſtere licet, ſcilicet *guttatum*, *cornutum* et *ſerratum;* maculati figuram dedit Stoll. Copium antennis ſuis proxime accedit ad Copicerum, cujus Prof. Swartz in Actis Holmienſibus dedit et figuram et deſcriptionem, 1802. pag. 177. Tab. VI. N:o 2.

PILIGER.

P. *grylloides.*

*Habitat* in Braſilia. Muſ. Thunb.

*Corpus* magnitudine *Grylli ſtriduli*, totum fuſcum, compresſum.

*Caput* obtuſculum et Thorax convexus.

*Antennae* nigrae, corpore longiores; inferne lineari-filiformes, compresſae, ſubſerratae articulis plurimis; a medio deinde ad apicem capillari-ſetaceae, tenuisſimae.

*Abdomen* fuſco-ſubviolaceum, glabrum.

*Hemelytra* deflexa, apice oblique truncata, forficata.

*Femora* poſtica baſi crasſiora, glabra, violacea.

PENDULINUS.

1 P. *ater:* corpore rufo; hemelytris, pedibus antennisque atris.

*Habitat* in Capite bonae ſpei, rarior.

*Magnitudine* Acanthiae lectulariæ, ſed anguſtior, et *Pendulino haſticorni* quadruplo minor.

*Corpus* totum capite, thorace, ſcutello, pectore abdomineque rufis; Antennae, margo thoracis poſticus, hemelytra pedesque atri.

*Antennae* corpore longiores.

2. P. *haſticornis:* ſupra teſtaceus, ſubtus ſanguineus, faſciis albis atrisque.

*Cimex hasticornis.* Thunb. Disſert. novae Spec. Inſector. P. 3 pag. 13, 14. fig. 64. cum deſcriptione. Alter ſexus ibi commemoratus, eſt *Pendulinus Ater*, qui ſine dubio diſtinctam ſpeciem conſtituere debet.

3. P. *bilineatus:* ruber venis albis; thorace lineis duabus rubris; abdomine rubro, nigro-maculato; femoribus poſticis incrasſatis, ſerratis.

*Habitat* in Surinamo.

Stoll Punaiſes fig. 20 B.

*E majoribus* in tota Cimicum familia.

*Caput* minimum, fuſco-rufum.

*Antennarum* articuli primus et ſecundus filiformes, apice latiores; tertius ovatus, compresſus; ultimus filiformi-ſetaceus.

*Thorax* quadrangularis, antice anguſtatus, fuſco-rufus, linea laterali utrinque ſaturate rufa.

*Hemelytra* fuſco-rufa venis albidis; membrana fuſca, unicolor.

*Femora* poſtica incrasſata ſerraturis quatuor vel quinque.

*Tibiae* elongatae, denticulis tribus armatae.

4. P. *quadrilineatus:* niger venis albis; thorace lineis quatuor rubris; femoribus poſticis incrasſatis.

Stoll Punaiſ. Tab. 10. fig. 67.

*Habitat* in Surinamo.

*Inter* majores numerari poteſt.

*Caput* minimum, fuſcum.

*Antennarum* articuli, primus et ſecundus, capillares, ſubclavati; tertius compresſus, ovatus; quartus filiformi-ſetaceus.

*Thorax* quadriangulatus, antice anguſtatus, fuſco-rufeſcens lineis quatuor laete rubris.

*Scutellum* fuſcum, margine rufum.

*Hemelytra* fufco-rufa venis albis; membrana rufo-fufca, unicolor.
*Femora* poftica incrasfata, tenuisfime ferrata.
*Tibiae* medio crasfiores, bafi rufo-fufci, apice albi.

5. P. *guttatus:* niger hemelytris teftaceo-ftriatis: macula alba.
*Habitat* in promontorio Africes bonae fpei. Muf. THUNB.
*Magnitudine* mediocri et ftatura *Lygaei*, lineari-oblongus, opacus, totus ater, unguicularis.
*Thorax* antice rotundatus, poftice dilatatus, pone medium fovea transverfa divifus.
*Hemelytra* bafi cinereo-ftriata membrana atra. Ante membranam in fingulo macula triangularis alba, et ante hanc fafcia atra communis. Margo juxta bafin fubtus albidus.
*Pedes* nigri, bafi nivei.

6. *P. maculatus:* hemelytris rufis: macula atra in bafi et ante crucem.
*Habitat* Caijennae. Muf. THUNB.
*Duplo* major *Cimice baccarum*, totus rufus, nigro-maculatus.
*Antennarum* articulus primus rufus, utraque extremitate ater; fecundus totus ater; tertius rotundatus, compresfus, ater petiolo albido.
*Pectus* rufum, macula atra.
*Thorax* planus, antice multo anguftior, rufus; margo anticus ater; intra margines laterales linea atra; poftice intra marginem macula atra e punctis duobus confluentibus.
*Hemelytra* rufa: macula magna atra in finguli bafi et ante crucem.
*Abdomen* rufum, ferie quadruplici punctorum nigrorum, fupra rufum, nigromaculatum.

*Pedes* rufi, inermes, geniculis nigris.

7. P. *ſtriatus:* hemelytris flavis, nigro-ſtrialis; thorace ſpinoſo, rufo; abdomine rufo, nigromaculato.

Stoll. Punaiſ. Tab. 26. fig. 184. ♂.

*Habitat* in India orientali.

*Inter* maximos certe eſt e familia Cimicum, totus corpore ovatus, rufus ſeu potius brunneus, abdomine maculis lateralibus et ſtriis nigris.

*Thorax* quadrangularis, lateribus in ſpinam dilatatus, antice anguſtior, marginibus anticis nigris. Scutellum rufeſcens.

*Hemelytra* flava venis longitudinalibus ſex nigris, intra apicem interruptis. Membrana fuſca, intra apicem tenuisſime nigro-ſtriata.

*Alae* fuſcae venis paucis pallidis.

*Femora* et tibiae lineares, vix dilatata.

8. P. *bipunctatus*: hemelytris fuſcis, pallido ſtriatis; thorace fuſco; abdomine rufo: margine punctisque duobus atris.

Stoll. Punaiſ. Tab. 26. fig. 182. ♀.

*An* femina prioris. vix.

*Habitat* in India orientali.

*Magnitudine* et facie quidem prioris; thoracis tamen anguli obtuſi; nec ſpinoſi dici posſunt.

*Corpus* ovatum.

*Thorax* omnino immaculatus.

*Hemelytra* fuſca venis paucis pallidis; membrana fuſca.

*Alae* pellucidae, fuſcae venis pallidis paucis.

9. P. *bidentatus:* hemelytris fuſcis, pallido ſubſtriatis; thorace triangulari, fuſco; femoribus poſticis incrasſatis, bidentatis.

Stoll. Punaiſ. Tab. 33. fig. 231.

*Habitat* in Surinamo.
*Corpus* magnum, oblongum, pollicare, totum brunneo-fuſcum.
*Antennarum* articulus penultimus ovatus, compresſus, albidus.
*Thorax* quadrangularis et ſcutellum brunnea, immaculata.
*Hemelytra* brunnea margine interno et lineis binis obſoletis pallidis. Membrana fuſca, nigro-ſtriata.
*Femora* poſtica incrasſata, verſus tibias dente duplici armata.
*Tibiae* lineares.

10. P. *gigas*: hemelytris fuſco-teſtaceis, apicibus ſtriatis, thorace immaculato.
*Habitat* in Braſilia.
*Cimice* baccarum quadruplo major, totus fuſco-teſtaceus ſive cinereus.
*Antennae* quadriarticulatae, nigrae, penultimo compresſo ovato, pedunculo albido.
*Thorax* planus, medio et antice ſulcatus, antice valde anguſtatus, immaculatus.
*Hemelytra* immaculata, apicibus concoloribus ſtriatis.
*Abdomen* utroque latere punctis nigris, parvis in ſingulo ſegmento maculatum.
*Pedes* inermes, aequales.

11. P. *grosſus*: ferrugineus, thoracis faſcia atra.
*Habitat* in Braſilia.
*Magnitudine* prioris, ſeu P. gigantis, totus ferrugineus ſeu teſtaceus faſcia thoracis intra marginem anticum atra.
*Antennarum* articulus primus et ſecundus nigri; tertius compresſus, niger pedunculo albo; quartus baſi albus, apice niger.

*In Abdominis* lateribus puncta parva, nigra, ſingulum in ſingulo ſegmento utrinque.

*Pedes* aequales, inermes.

12. P. *ſpinoſus:* brunneus thorace ſpinoſo; abdomine ſupra atro: faſciis duabus albis.

*Habitat* in Caijenna. Muſ. THUNB.

*Caput* cum roſtro brunneum.

*Magnitudine* Cimicis cinerei, ſed multo anguſtior.

*Antennae* quadriariculatae, nigræ: articulo penultimo compreſſo, rotundo.

*Thorax* immaculatus poſtice utroque angulo ſpinoſus.

*Pectus* et *abdomen* rufeſcentia: puncto nigro utrinque in ſingulo abdominis ſegmento.

*Abdomen* ſupra atrum cingulis duobus albis.

*Hemelytra* fuſco-brunnea, immaculata, membrana paulo obſcuriori.

*Pedes* æquales, inermes.

13 P. *armatus:* brunneus, thorace-ſpinoſo, abdomine ſupra rufo immaculato.

*Habitat* in Braſilia.

*Magnitudine* et ſumma ſimilitudine P. *ſpinoſi.*

*Antennae*, caput, thorax, pectus, pedes et hemelytra ut in P. ſpinoſo.

*Abdomen* ſupra rufum, immaculatum, ſubtus etiam impunctatum, unicolorum.

COPIUM.

1 C. *maculatum:* hemelytris rufis; thoracis linea punctisque ſex flavis.

STOLL Punaiſ. Tab. 22. fig. 152.

*Habitat* Surinami.

*Corpus* facie *Lygæi*, oblongum, pollicare.

*Caput* parvum oculis prominentibus; roſtri baſis ſupra albida.

*Antennarum* articulus antepenultimus niger, penultimus albus; uterque compresſus, oblongus; reliqui filiformes, longitudine corporis.

*Thorax* quadratus, planus, antice anguſtior, niger; linea media alba et guttis utrinque marginalibus albis.

*Scutellum* triangulare, album, breve.

*Hemelytra* fuſco-rufeſcentia: membrana alba, pellucida, nigro venoſa.

*Pedes* quatuor anteriores capillares; poſtici elongati: tibiis paulo crasſioribus.

2. C. *cornutum*: brunneum abdomine ovato, integro.

*Habitat* in Capite bonae ſpei. Muſ. Thunb.

*Copio ſerrato* ſexies minor, totum brunneum, obſcurum.

*Antennae* corpore duplo breviores.

*Hemelytra* ſubpellucida, tenuisſime et obſolete maculata.

*Abdomen* ovatum, integerrimum.

*Pedes* æquales, inermes.

3. C. *ſerratum*: brunneum abdomine poſtice ſerrato.

Detexit olim Admodum reverendus Com. Mag:r Joh: Pontén, carisſimus meus Pater, in Sudermannia Sveciae, inſectum hoc rarisſimum, jam in Muſeo Thunbergiano adſervatum.

*Acanthia* lectularia quadruplo minus, obſcurum, totum fuſco-brunneum.

*Antennae* quadriarticulatae, compresſae, articulis duobus intermediis paulo latioribus, longitudine corporis.

*Roſtrum* inflexum, longitudine fere corporis.

*Thorax* quadratus, concavus.

*Abdomen* concavum, poſtice latius, margine ſubſerratum.

*Pedes* æquales, inermes.

4. C. *guttatum:* capite thoraceque nigris; flavo-maculatis; abdomine rufo; hemelytris diaphanis, nervosis.

*Habitat* in Brasilia. Mus. THUNB.

*Lygæo* Koenigii paulo major, oblongus, glaber.

*Caput* nigrum linea, puncto oculisque flavis.

*Antennae* longitudine corporis, nigræ ultimo articulo albo. Articuli duo intermedii lineari-oblongi, latiores, compressi.

*Rostrum* inflexum, flavum, longitudine pectoris.

*Thorax* convexus, quadratus, antice angustior, ater; antice juxta marginem puncta duo, parva, ante medium tria, transversa, pone hæc unicum, majus, omnia flava.

*Pectus* nigrum maculis lateralibus flavis.

*Abdomen* totum glabrum, pedesque æquales, inermes, rufi.

*Hemelytra* diaphana venis atris et puncto baseos minimo flavo.

*Alæ* hemelytris similes, breviores.